

Universitas Sancti Andreae  
Universitati Collegii Macgilliani  
S. P. D.

**N**OS, Universitatis Andreanae Cancellarius, Vice-  
Cancellarius, Rector, Facultatum Decani, Collegiorum  
Praefecti, Professores, cum anno salutis MCCCCXI Academia  
Nostra, in hoc regno Scotorum vetustissima, a viro admodum  
reverendo Henrico de Wardlaw, Episcopo Andreapolitano,  
condita sit, mox autem Apostolica et Regia auctoritate  
confirmata, ut rite celebretur almae matris natalis  
quingentesimus, constituimus nobilissimam quamque uni-  
versitatem in partem vocare. Oramus igitur et summo  
studio a vobis petimus ut aliquem vestrum legetis qui  
caerimoniis nostris quingenariis intersit et per festos dies  
quos in mensem septembrem MCMXI indiximus hospitium  
nostrum accipere dignetur.

Dabamus Andreapoli,

Mense Novembri MCMX.



*John Macgill*  
Cancellarius.

*George Mackenzie*

Rector.

*Jacobus Donaldson*

Vice-Cancellarius et Praefectus.